

## 4. Bibliographie der Schriften

**B.AVG.HERM.FRANCKII,  
S.THEOL.PROF.ORDIN.PAST.VLRIC.ET GYMNASII  
SCHOLARChAE, EPISTOLA AD AMICVM DE RATIONE  
CONCIONANDI CVM VBERIORE AVDITORVM FRVCTV, ...**

**Francke, August Hermann**

**Halle, 1739**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.


For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

1:  
g

FS. A. 059



Verlagsbibliothek  
der  
Buchhandlung des Waisenhauses  
in  
Halle (Saale).



→: Gegründet 1698. ←





B. AVG. HERM. FRANCKII,  
S. THEOL. PROF. ORDIN. PAST. VLRIC. ET  
GYMNASII SCHOLARCHEA,

# EPISTOLA

AD

## AMICVM

DE RATIONE CONCIONANDI  
CVM VBERIORE AVDITORVM,  
FRVCTV,  
OLIM SCRIPTA GERMANICE

I AM  
IN LINGVAM LATINAM  
CONVERSA

A

IO. HENR. GRISCHOVIO.



HALAE,  
IMPENSIS ORPHANOTROPHEI, M DCC XXXIX.

AUG. HEINR. FRANCKE  
ET RIBA TRADITIONES  
THEOLOGICAE  
ALIO TITULI  
GA  
MUSICA



IMPENSIS ORTHODOXORUM, MDCCXXXIX



HONORATISSIMO ET CARISSIMO  
AMICO SVO N.

AVGVST. HERMANN. FRANCKIVS

Salutem dicit.

**A**D propositam mihi quæstionem:  
*Quenam videlicet fido ecclesiæ doctori, qui conciones suas ad lucrandos emendandos que auditores sapientius semper accommodare, CHRISTVM que illis melius atque melius prædicare & ob oculos proponeat, ratio incunda sit, ut hunc optimum scopum contingat?* hæc stri-  
Etim breuiterque respondeo, plura alioquin, si res meæ ferrent, pro argumenti grauitate scripturus.

I. Suppono , verbi diuini ministrum  
in eo sese fideliter gerere , quod. ὑποτύ-  
πωσιν ἡγιανόντων λόγων , sanorum dictio-  
rum ( siue puræ doctrinæ apostolicæ )  
exemplum retineat cum fide & caritate in  
CHRISTO IESV posita , & præclarum  
hoc depositum seruet per Spiritum S. in ipso  
habitantem . 2 Tim. I, 13. 14.

II. Ad scopum ministri ecclesiæ , in  
hac quæstione delineatum , non parum  
conduceret , si characteres & γνωσίματα  
tum eorum , qui a resipiscientia adhuc alieni  
sunt , tum illorum , qui ad frugem iam  
redierunt , in sermonibus ad populum  
tam clare & perspicue , & id saepius quidem , ob oculos proponerentur , vt unus-  
quisque ad ea sese facile explorare posset  
& intelligere , vtram ad classem , horumne  
an illorum , referendus sit . Vera autem  
sapientia ad hoc requiritur , vt isti chara-  
cteris recte depingantur . Nam si quis in  
eo negotio non satis circumspicte & caute-  
versetur , fieri facile potest , vt per mi-  
nus exactos characteres auditorum alii in

. Q. 1

A

ma-



magnam securitatem , alii in anxietatem , formidinem & horrorem coniiciantur , neque tamen quicquam bonæ frugis inde oriatur . Si vero ecclesiæ doct̄or ipse in statu gratiæ reperiatur , non adeo difficile ei erit , iustum tenere & retinere modum , atque hac etiam in re ad doctrinæ apostolicæ normam omnia agere .

III. Ad hunc etiam scopum faciet , si euidentius semper & explanatius ostendatur , quid inter mere externam morum honestatem & eiusmodi vitam interficit , quæ ex antegressa vera labis , qua animus laborat , cognitione , ex vera cordis contritione , veraque & viuâ fide oriunda viuitur : siquidem vix dictu credibile est , quanta sit eorum multitudo , qui quum aliis in rebus satis sapient , hoc tamen in negotio sese decipient ipsi , illic etiam locorum , vbi verbum DEI cum spirituali virtute proponitur & recte secatur .

A 3                  IIII. Hanc

III. Hanc ipsam ob causam, ne quis videlicet ita sese decipiat, maxime necessum est, auditores quam diligentissime instrui & erudiri, quemadmodum sese ipsi explorare debeant, an umquam de somno peccatorum euigilarint? an laqueos diaboli euaserint? an umquam miseriam, quæ ex peccato ipsis inest, & profundam animi vitiositatem viuide cognoverint? an idoneam causam habent de se statuendi tanquam ad DEVUM iam conuersis? an genuinos conuersionis veræque & viuae fidei characteres in se deprehendant? cetera. Annon vero potius, mere externæ morum honestati studendo, grauiora flagitia fugiendo, orali precum exercitio vacando, cultum publicum frequentando, conciones audiendo, & id genus alia faciendo, sic de se existiment, ut de vere credentibus CHRISTVMque imitantibus, & ex eo solatium captent, quod, quum non sint æque mali atque alii mortales, æternam salutem sint consequunturi.

V. Vt

V. Ut ilissimum foret, si discri-  
men inter legale agendi principium, cum  
seruili timore, anxietudine & interna co-  
actione coniunctum, (qua in re multi,  
qui quidem non mediocri veri rectique  
studio tenentur, hærent,) & inter ve-  
re euangelicam spiritus nouitatem, (quæ  
nunquam non viret, floret ac fructus pro-  
fert, & in filiali παρόντιᾳ ac libertate  
animi coram DEO & hominibus sese  
prodit,) saepius ostenderetur. Quod  
enim si saepius ac sapientius fieret, men-  
tes auditorum non solum ex veterno se-  
curitatis excitarentur, sed facilius etiam  
ad filialem, dulcem plenamque fiduciæ  
conuersationem cum DEO perduceren-  
tur. Quem in finem maxime necessum  
est & in primis huc spectat, ut auditori-  
bus non solum inculcetur, quid facere &  
quomodo comparatos eos esse oporteat;  
sed ut naturalis etiam & omnimoda adju-  
vapta in rebus spiritualibus ex diuino ver-  
bo diligenter proponatur, simul vero ex  
eodem fonte plane & efficaciter ostenda-

A 4

tur,

tur, vnde gratiam ac vires uti ad veram  
& solidam conuersionem, sic ad omne  
cum internum tum externum boni refti-  
que exercitium hancire debeant, quod  
videlicet sine CHRISTO nihil facere  
possint, quem dmodum ipse Seruator  
dixit Io. XV, 5. *Sine me nihil potestis fa-  
cere*: & quod per CHRISTVM orationia  
valeant, sicut Paulus apostolus ad Phi-  
lipp. IIII, 13. ait: *Omnia possum per  
eum, qui me corroborat, CHRISTVM.*  
Ita semper tum ad gratiam Domini nostri  
IESV CHRISTI, per quam ex vulneri-  
bus eius veniam peccatorum (in ordine  
verae cognitionis & detestationis eorum)  
acceperunt, tum ad diuinam eius poten-  
tiam, quae ab eodem Seruatore ad vitam  
& pietatem donata eis est, (2 Petr. I, 2.  
3.) remittendi sunt. Nisi enim hoc æ-  
que ac illud fiat, methodus docendi a-  
postolica non obseruatur, nec mirum est,  
si excidat e manibus fructus apostolicus,  
& auditores vel in legalem & coactitiam  
agendi rationem ex iugi officiorum in-  
cul-

culcatione, vel in falsum solatium & carnalem securitatem ex iniusta euangelii applicatione adducantur. Contra vero, si hoc neutra ex parte negligatur, mentes de peccatorum somno vere exfliscantur, ad CHRISTVM perducuntur, & sicut per eius gratiam vberrimo solatio perfunduntur, ita per virtutem illius in nouam vitam transferuntur, & in christianæ pietatis exercitio magis atque magis prouehuntur.

VI. Omnino necessum est & expedit, non tantum homines commonefieri, quod ad DEVUM sese conuertere, & ex CHRISTO vires ad hanc rem accipere debeant; sed etiam in vnaquaque oratione (modo breuius, modo explicatus) vniuersum conuerzionis ordinem illis commonstrarri, quomodo ad solidam status animi cognitionem, ad veramque respicientiam peruenire, quomodo ex naturali sua vitiositate liberari, quomodo denique in meliorem statum transferri

A 5 pos:

possint, ita, ut unusquisque ex quolibet sermone adaequatum responsum ferat ad hanc questionem: *Quam rationem ini-  
re me oportet, ut filius DEI & vita e-  
terna habes euadam?* Quando enim multas alioquin egregias doctrinas, variasque & acres reprehensiones, cohortationes & consolationes, argutasque senten-  
tias orationi suae admiscet concionator, non vero satis cohærent, quæ profert, ut auditor ordinem salutis, viamque DEI inde recte intelligere, animoue comprehendere nequeat: auditor similis est ei, qui multa noui panni pittracia dono accep-  
pit, quæ vero non quadrant veteri eius vesti, & ex quibus nouam vestem confi-  
cere non potest. Qui vero ex concione quadam discit, quomodo huc usque comparatus fuerit & adhuc sit, & qualis esse debeat, & quomodo ad felicem status sui mutationem peruenire possit; is demum ei similis est, qui integrum vestem accipit, quam laetus & hilaris induere potest & gestare. Ad hoc autem ex parte do-

Etoris



Etoris ecclesiastici, vnumquemque sermonem ad hunc scopum dirigere cupientis, magna animi contentio requiritur, ut de nulla re laboret, nisi ut audientes se ad CHRISTVM perducat: opus itidem est sapientia in singulis concionibus tantum proferendi, ut unusquisque auditorum, etiam si nullum amplius sermonem ex eo audierit, saltem vestigium videat, quod perseguatur, ut vere immutetur, sincerus christianus, æternæque salutis particeps fiat. Hanc animi contentionem, hanc veram sapientiam in singulis sermonibus recte obseruandi salutis ordinem, eumque animis auditantium penitus insinuandi, a DEO assiduis precibus sibi expetere necesse habet.

VII. Multum ponderis apud auditores haberet, si grauter & accurate, & saepius quidem, illis proponeretur, quam serio & simpliciter cum DEO in precibus luctari ac contendere debeant, ut ea, quæ ex verbo DEI didicerunt, in

ipfis confirmantur & in ipsam prax' in de-  
ducantur , & ipsi tales fiant , quales DEVS  
esse eos velit . Quum autem plerique mor-  
tales existiment , orare se non posse , nisi  
libellum precum in promptu habeant ex  
eoque recitent aliquam precandi formu-  
lam ; maxime necessarium & ad conuer-  
tendos auditores utile & salutare est , eis ,  
a doctore manu quasi prehensis , apertis-  
sime & planissime explicari , quod cum  
DEO haud aliter , atque filii cum dilecto  
parente suo , agere , & apud ipsum que-  
relas suas effundere , eique animi sui  
statum sic exponere debeant , quemad-  
mooum ipsi intra se sentiunt , etiamsi  
hac de re multa verba facere nequeant ;  
nec adeo cohærent dicti ; quia DEVS  
non ad artificiose collocata verba , sed ad  
animum respiciat : cuiusmodi simplicium  
precum exempla satis multa in scripturis  
habentur . Qua in re maxime etiam con-  
duceret , si auditoribus suis sæpius dicti-  
taret docttor euangelicus , quam rationem  
inire deberent , si de pectorc suis ipsorum  
ver-

verbis preces fundere vellent, & quæ verba apud DEVM facere possent, neque tamen iisdem verbis, quibus ipse veteretur, sese adstringere necesse haberent, sed quomodo paullatim condiscerent affectus suos apud DEVM effundere, quemadmodum Psalmus LXXII, 9. docet,  
*Effundite, inquiens, o mortales, apud DEVM animum vestrum.*

VIII. In sermonibus publicis maxime necessarium est, numquam non veram animi vrgeri mutationem, cuius, proh dolor! paucissimi mortalium vel obscuram intelligentiam, nedum veram cognitionem habent. Neque vero satis est, principalem illam mutationem inculcari, quæ sit in pœnitentia, vt quis bonum rectumque amet, quod antea oderat, & malum odio habeat, quod antea amauerat, vt ex incredulitate ad fidem, & ex fictitia fide ad veram fidem pertingat; sed illam quoque beatissimam mutationem etiam atque etiam commen-

dari oportet, quæ in renouatione semper vterius, vsque ad vitæ nostræ finem, progreditur, de qua Paulus 2 Cor. III, 18. loquitur, *Nunc vero, inquiens, (vbi ablato velamine Spiritus Domini adest,) detecta facie splendorē Domini speculantes in eamdem transformamur imaginē, splendore perpetuando, tamquam a Domini Spiritu.* Hæc enim beatissima mutatio iugem comprehendit renouationem in spiritu mentis, & pulchriorem semper transformationem in imaginem CHRISTI adfert.

VIII. In primis etiam necesse est, vniuersam doctrinam de christianismo eiusque cultura, suauiter & iucunde proponi, ita quidem, ut hinc vnicuique penitus persuadeatur, si sibi bene esse & ad veram pacem ac tranquillitatem animi peruenire velit, nihil a se requiri amplius, nisi ut toto animo fese ad DEVUM conuertat; hac, non autem alia, ratione voti sui se damnatum iri: neque christianismi

nisi culturam rem esse plenam anxietatis & formidinis, sed potius dulcem ac iucundam, & ab omnibus propter suavitatem suam appetendam; quod quamvis sine aliquo, serio quidem & duro, certamine fieri non posit, tamen tanto plus quietis ac pacis inde existere.

X. Sane quam vellem, bonos ac fidèles ecclesiæ doctores in explicandis sacris textibus non iusto longius commorari, sed potius, *offenso vero textus sui sensu, eoque (solide quidem, at breuiter,) demonstrato,* (quippe quod itidem non parvi momenti est,) ad applicationem, quam fieri potest, approperare, ipsos auditores ea, qua decet, cum grauitate compelbare, eosque dilucide edocere, quemadmodum textum breuiter explicatum tum ad conuersionem, tum ad fidem & vitæ christianæ studium conferre deberent. Mox cognituri essent experimento, ex hac docendi ratione maiorem fructum reportari ab auditoribus, quam si in explicacione diutius eunctati applicationem, quum tempus praeterlapsum sit, in pauca contraxerint.

XI. Sum-

XI. Summopere optandum erat,  
ut animæ a fidis pastoribus suis diligenter  
& saepe ad CHRISTVM, ipsum pasto-  
rum magistrum, remitterentur, & ver-  
bis ad commouendum & alliciendum ido-  
neis, euangelicis item rationibus adhibi-  
tis ad eum vocarentur, incitarentur &  
quasi compellerentur, sicut gallina pul-  
los suos, reperto aliquo grano, ad se al-  
licit. Ita ipse IESVS, Dominus noster,  
fecit, quando Matth. XI. 28. exclamavit:  
*Venite ad me omnes laborantes & onusti,*  
*& ego recreabo vos, cerera.* Et Ioan. VII,  
37. 38. *Si quis sit in Christo, veniat ad me, & bi-*  
*bat; qui mihi fidem habet, ut perbibent*  
*litteræ, eius ex ventre fluent perennis a-*  
*quaæ flumina; & aliis locis pluribus.* Ita  
quoque in Veteri Testamento Iesaias (e.  
g. cap. LV, 1. seqq.) atque in Nouo Paulus  
(vid. 2. Cor. V, II.) & Ioannes p[re]a  
liis. Ipse etiam CHRISTVS ait Matth.  
XXIII, 37. *Quoties volui tuos congregare*  
*natos, quomodo gallina suos pullos sub a-*  
*las congregat.* CHRISTVS enim ad se  
vocabat, tamquam Dominus & magister,  
redem-



redemtor & sponsus: *Nos autem, inquit Paulus 2 Cor. III, 5. non nos ipsos prædicamus, sed CHRISTVM IESVM, Dominum,* ideoque ad ipsum solum remittimus. Quod autem si fieri debet, animus cœcentis verum & magnum in auditores suos amorem habeat, & ipse amore CHRISTI incensus sit, oportet, ut nihil magis optet, desideret, cupiat, quam ut omnes auditores suos ad CHRISTVM perducatur, & singulos in eius amplexum congreget, dummodo ad hoc se esse commoueri patientur; ut adeo auditores exemplum sinceri & ardentis amoris in CHRISTVM ab eo possint capere.

XII. Hunc in finem quoque necesse est, CHRISTVM, qua est pulchritudine, benignitate & thesaurorum gratiæ opulentia, nec tantum secundum humilem humanitatem, sed diuinam quoque excellentiam suam, & omnem, quæ in eo est, boni abundantiam, viuide, idque sapissime, auditoribus ob oculos proponi, ut eius tamquam veri sponsi, quem sacrae litteræ commendant, amore atque desiderio

rio capiantur, corda ei sua tradant, & se adduci sentiant ad ipsum orandum, immo ad flagitandum hoc ab eo, ut amorem sibi suum penitus patefaciat, eoque animos suos perfundat per Spiritum sanctum, (Rom. V, 5.) maiestatem etiam suam & gloriam magis magisque adaperiat & mentibus imprimat, quo ipsum, tanquam cælestem sponsum, vere diligent & honorent, quippe per quem ad Patrem venturi & æternum cum ipso commoraturi sint.

XIII. Amorem CHRISTI magis, quam vulgo fieri solet, commendari & exigi necesse est. CHRISTI enim amor proxime fuit ex cognito eius in nos amore, & ex impenetrata peccatorum venia, seu iustificatione nostri per fidem in CHRISTVM, quando per persesiones, mortem cruentam & piæcularem, & vniuersa merita illius, salutemque ab ipso nobis acquisitam, repte & debito ordine nobis applicamus. Quanto magis igitur CHRISTVS amat, & quidem ideo, quod prior nos amauit, tanto felicius vniuersa christianissimi cultura succedit, omniaque ex vera  
scatu-

lecturagine promanant. Accedit, quod doctor ecclesiasticus obedientium auditorum suorum incrementum maiori semper cum voluptate & laetitia animaduertit. At enim doctoris est curare, ut & ipse CHRISTVM vere diligat, si ab auditoribus eum diligi cupiat, ne sit æs resonans aut cymbalum tinniens, vt Paulus monet I Cor. XIII, 1. Requiri vero in primis ad fructuosam verbi diuini prædicationem, ut minister non acquiescat in eo, quod de amore CHRISTI verba faciat, eumque ab auditoribus suis exigat, sed ut & ipse CHRISTVM ardenter amet, optime declarauit is, qui a non nemine interrogatus, quomodo optime & cum maximo fructu concionari posuit? respondit: Si multum ames CHRISTVM. Hoc autem non nudis verbis, sed ipso facto demonstrandum est; quemadmodum CHRISTVS monet, *Vos estis, inquiens, mei amici, si feceritis, quæcunque ego vobis præcipio,* Io. XV, 14. i. e. hoc modo demonstrabitis, esse vos amicos meos, qui me ament.

XIII. Et hoc maxime necessarium est

est, fidos verbi ministros magis, quam vulgo fit, solidam mundi & mundanarum cupiditatum, rerumque terrestrium & ad hoc sæculum tantum spectantium abnegationem auditorum animis inculcare; quemadmodum CHRISTVS in toto ministerii sui curriculo eam præcipue claris & perspicuis verbis inculcauit, e. g. Matth. XVI, 24. 25. 26. Luc. XIII, 25-33. Sunt enim hodie permulti, qui de vero christianismo præclara verba facere didicerunt, magnam quidem similitudinem speciemque virtutis ad simulatæ gerentes, multaque bene & recte, quod ad externam formam, facientes, veram autem sui abnegationem detrectantes, nihilque adeo, si rem ad viuum excusseris, promouentes. Ita autem abnegationem inculcari oportet, vt ne ethnica quædam &, vt ita loquar, philosophica abnegatio fiat, h. e. ex externis argumentis, quæ humana ratio suggerit, oriunda; sed eiusmodi abnegatio, vt CHRISTVS sic diligatur, vt (<sup>εὐε-</sup>κεν αὐτοῖς, Matth. XVI, 25.) *ipsius causa* voluptas, opes temporariæ, honores, com-

commoditates, immo ipsa vita abnegen-  
tur.

XV. Ad hæc omnia non parum conferret, si orator ecclesiasticus præter pulcherrima & maxime emphatica loca in Prophetarum & Apostolorum scriptis, maxime vero in ipsius CHRISTI sermonibus obuia, saepius veterum aut recentiorum auctorum libros, in quibus vere apostolicus & euangelicus spiritus elucet, auditoribus suis commendaret, ut domi etiam amoris DEI & Seruatoris sui ignem ac flamas in mentibus suis alerent. Exempli causa, liber *Martini Statii*, *Lutherus rediuiuus* inscriptus, nihil aliud est, quam epitome scriptorum LUTHERI, in qua loca vere classica, saltem praecipua, congesta reperiuntur, & maxime quidem ea, quorum ex lectione ad virilem, vere euangelicam & fructuosissimam vitæ christianæ indolem animi exsuscitari possunt. Verumtamen hunc librum exempli tantum causa nomino, quandoquidem DEVIS præterea non mediocrem istiusmodi bonorum, utilium ac salutarium scri-

scriptorum thesaurum ecclesiæ suæ concescit. Caeu autem existimes, solis auditoribus hoc remedio ad maiorem sui excitationem & confirmationem opus esse, doctorem vero istiusmodi scripta ideo tantum euoluere debere, ut itilum inde formare discat, & hæc illa depromere, aliorumque in aures infundere possit, (qui, proh dolor! multorum mos est,) sed eum ipsum præ reliquis omnibus aedificationem & emendationem sui ex illis petere, adeoque dotibus, quas DÉVS aliis impertiuit, sic vri oportet, ut primum in ipso, & deinde in aliis fructum ferant.

XVI. Neque prætermitti a fidis doctoribus negligue debet occasio commendandi auditoribus suis consuetudinem & familiaritatem cum eiusmodi hominibus, qui in excolendo vero christianismo multam magnamque curam ponunt, qui proinde in vera fidei virtute incedere student, in primis autem Spiritum precum boni quadam mensura adepti sunt. Quemadmodum enim carbo canens

dens carbonem extinctum incendit, ita  
 homo, cuius in corde ignis amoris CHRI-  
 STI ardet, alterum pii sermonibus, preci-  
 bus & religiosa conuersatione ad eundem  
 amorem incendit, facitque, ut magis ma-  
 gisque eo flagret & ardeat. Quare do-  
 ctores, quantum possunt, in eo eniti de-  
 bent, ut istiusmodi christiana conuer-  
 satio inter auditores suos, christiana men-  
 te imbudos, obseruato bono ordine,  
 (1 Cor. XIII, 40.) inualescat, eumque in  
 finem illis, vti Colosensisbus Paulus (c.  
 III, 16.) saepius succlamare: *CHRISTI*  
*sermo large in vobis habitet summa cum*  
*sapientia.* *Docete & commonefacite a-*  
*lius alium carminibus, DEIque laudatio-*  
*nibus & diuinis cantionibus Dominum a-*  
*nimis grata canentes.* Quam ad rem  
 egregius veterum & recentiorum hymno-  
 rum thesaurus, quem ecclesiae euangeli-  
 cae pro sua gratia largitus est DEVS, (pro  
 quo etiam immortales ipsi laudes deben-  
 tur,) non parum conducet.

Hæc in præsenti ad interrogata  
 breuiter respondere volui, quae DEVS  
 O. M.

O. M. propter CHRISTVM fructuosa es-  
se iubeat.


Domine DEVS, des, queso, nostris  
bisce & futuris temporibus ecclesiae tuae  
doctores & pastores ex animi tui senten-  
tia, qui oves ad CHRISTVM perducant,  
easque per Spiritum tuum sincera mente,  
summaque prudentia pascant. Fac, unus-  
quisque ecclesiae doctor intelligat penitus,  
neque satorem quicquam esse, neque irri-  
gatorem, sed te, qui incrementum des,  
esse omnia in omnibus, ne sibi persuadeat,  
concionando se rem confectum, sed ut a  
te tam fructum & incrementum, quam  
sapientiam, que ad verbi prædicatio-  
nem salutarem requiritur, supplicibus &  
indefessis precibus contendat. Amen.

Dabam Kœstriti in Variscis,

d. XXV. Maii

MDCCXXV.

(o)



I 46



Григорий  
Архимандрит

FS  
05